124

Amice summe

120

Reverende & conjunctissime D. Collega.

Propter inclusas ego has potissimum scribo, quandoquidem eas urgeat

64a

116

Reverende Vir, amice conjunctissime.

Tandem itaque Deo placuit & me liberare & hinc evocare & meis reddere. Flexit porro, ut totum hoc sit ipsi gloriosum, Academiae vestrati prosperum, mihi meisque salutare. Ego hinc animum exposui Cl. V. D. Vorstio & Kypero. Iam itaque nihil restat, quam ut expectem literas publicas. In his, quas ad D. Vorstium dedi, testatus sum studium tuum in me facilitando, & spero me satisfecisse amicitiae nostrae apud contrarium suspicantes. Tempus nimium non patitur, ut ad singula respondeam. Videbo vos, si vivo & Dominus vult, statim post redditas vocatorias. Cum quibus mihi significa, num quid honorarium dederis tabellario, qui tuas tradebat. Nolo enim debeo hic peccare contra te vel me. Scio nos ea de re fuisse collocutos, sed nescio quid feceris. Si nihil, mea donatio esset quasi tuae parsimoniae exprobatio; aut mea, si aliquid. Admonebis ergo. nam scribes ille illum. Cogita de habitatione pro me, & si quae occasio est pro prudentia tua conare locationem differre in adventum meum. Optarem cito publicas literas venire. nosti quam breve tempus fiat migraturo trimestre. quam breve imprimis mihi futurum, cui plura sunt expedienda. Caetera differo in congressum nostrum. D. Cocceji exequias ivimus ante octiduum. D. Schotanus gravissime decumbit, non sine insigni periculo. Aedes suas vendidit Cupio: quem hodie mihi conquestus est non bona fide agere. Nisi D. Comes intercessisset superiore sabbatho D. Jos. ab Aysma obtinuisset locum Cocceji de pro Munsero. illum credo Fronelio destinatum. sed meo discessu consilia ista mutabuntur & obtinebit sine dubio jam Munsterus. Cohen vient Academiam suam. Collius Boctii Leovardiam vocatus, nescio quibus artibus. Arnoldo spes certa ad professionem theologicam. Cum D. Fullenio de tuis rebus agam cum redierit Holsmino, ubi est in domo mortuaria obeuntis conjugis D. à Donia. An non accepisti literas, quas ad te dedit? Mea curabit butyrum prima navi. Quod ad malum tuum, bene feceris si levi purgatione serum illud acre subducas corpori. Ad hoc utere scrupulis duobus & semisse radicis Jalappae, misce pulverem cum vino & bibe, cum custodia. Hoc facto, inque coctione seu potu quotidiano radices Helenii ℥j. cum manipulo Fragariae pro quavis mensura seu pintis quatuor vestratibus. Deus benedicat. Salutem dilectae & liberis. Salutem Rev. D. Heidano & Colonio. & quibus necesse. Mea vos salutat.

Franekerae Nonis Febr. 1651. stilo loci.

Vester toto animo,

Vander Linden.

quo id officii redhostiam, sed alio scripti genere.

De conventione tua cum Joh. Holle, ut solvat

124

~~Amice~~ summe-

Studiorum causa
fratri
vel ipse
i fieri
sessoris
tio familiar
tem ubi
ne mea
horam, vel
repti collo
. Vale, amice
ut ipse
neiuis cau
l. Vra qd
Dia ei
t, cum
compellatur
ui bono
℞ clxbc21.

Andree.

120

Reverende & conjunctissime D. Collega.

Propter multas ego has potissimum scribo, quandoquidem vas urgeat
... Ante quatriduum nam significavi, quidquid ...
negotium, cujus monui, obsecro ...
potest, apud D. Meisterum serio inquirere,
filio meo. Vehementer doleo
um utrumque agere. nam ...
imo jobs Munsterus in ...
creati Professores, Arnoldus
...burgio! qui tam ...

117

... Pentecostes fore, ~~ut~~
quo id officii redhostiam, sed alio scripti genere.
De conventione tua cum Joh. Holle, ut solvat

Reverendo & Clariſsimo Viro,
D. Johanni Coccejo, SS. Theol.
Doctori & Profeſsori digniſsi-
mo, Domino & amico colen-
diſsimo.

Lugduni Bat.